Juxta eloquium tuum da mihi intellectum.) Hieron., A *secundùm verbum tuum doce me.* Sic antea a sæpius expo-
g *vers.* 33. 73 133. 30 144. suit, תרובב *bauneni*, ubi toties David flagitat dari intellectum sibi, tamquam summi momenti rem. Juxta eloquium verò Dei petere à Deo intellectum, est juxta rationes divinas, & legem Dei, ut plures declarant: vel, ut Augustin., & non pauci etiam alii, juxta divinum promissum; & quidem quo dixit in psal. 31. *b Intellectum tibi dabo*, &c. quamvis ibi docuerim videri non Dei, sed Davidis verba; vel ut nostro placet Turriano, ut cum semper aliàs tùm maxime in tribulationibus, & persequtionibus *paratus sit rationem* secundùm Scripturas *reddere de ea, quæ in ipso sit, fide, & spe* c*i*; vel, ut Camerarius explicat, ut prope Christum appropinquet oratio, & concedatur intellectus donum: vel adhuc ex eodem, juxta illud eloquium, quo Joannes *d* pronuntiavit *Christum advocatum nostrum, & propitiationem*; quasi ab hoc eloquio vigorem accipiens petat Propheta orationem suam accedere ad Christum: vel ex Hieron. putatitio, ut intellectum capiens à Deo, nihil aliud, nisi quod oportet, exoret: vel ex Remigio; ut prout præcepta servavit. Deus largiatur ei intellectum. Maxime probanda prima expositio: reliquæ non respuendæ, illa excepta, quæ sumit *juxta propinquitatem*: quum designet comparationem, & similitudinem idemq; quod *secundùm*, aut *quemadmodum*, aut *sicut*, κατὰ τὸ, & כ *che*: nec facilè occurret pro Christo sumi nomina *eloquii*, & λογίων: licèt ita sæpe accipiatur דבר *davar*, quod habetur hoc loco, pro quo quum ponitur λογίον; & *eloquium*, solet esse aliud nomen אמרה *imrah*.

b *vers.* 8.

c 1. Petr. 3. 15.

d 1. epist. 2. 2.

Intret postulatio mea in conspectu tuo.) Addunt *Domine* alia Latina Psalteria, Hilarius, Augustin., Prosper, Cassiodorus, Hieron. putatus, &c. Verùs autem Hieron. *veniat deprecatio mea ante vultum tuum*, ideſt; ut legit Ambros. *coram te*; quod Hebraicè tam hic, quam præcedente versu est לפנוך *lephaneka*. Jam prius monui, cum August. eamdem sententiam utroque versu, mutatis verbis contineri: nec videri necessario plus esse *intrare*, quam *appropinquare*: quum etiam, ut modo dixi, transferat hic Hieron. per *veniendi* verbum, quod per se minus quid significat, quam *appropinquare*. Postulatio à deprecatione differre nonnihil poteſt, si exactè velimus loqui. Sed recte Hugo monet, quamvis postulatio sit de amovendis malis, deprecatio pro bonis adipiscendis, tamen in multis locis è contrario sumi vocabula ista, Proprie nomen hujus loci תרגה *thechinnah*, significat *precationem*, seu *orationem*, & *postulationem* pro gratia, vel venia: quia חנן *chanan* est *misereri. parcere. gratisq; dare*, nec non *precari rogare*, &c. חן *chen gratia* dicitur; quod alibi quoq; notatum est. Arbitratur Ambrosius, quum nunc hic legamus Græcè, ἀξίωμα, quod *dignitatem* valet, errare scriptorem potuisse, ut poneret ἀξίωσις, quæ *deprecationem* denotat, sive *postulationem*. Declarat autem nomen dignitatis coram DEO. Quum hominem rogas, inquit, Regem te dicit, ut habeat contemplationem honoris tui, tangat eum tuæ contemplatio dignitatis, ut aut misereatur, si venia est postulanda, aut deferat pro ordine dignitatis. Subdit & Christiano esse dignitatem suam: qui tanto Imperatori militat, non solum veræ fidei, & ordines bonorum, quales *Apostolorum*, *Prophetarum*, *Doctorum* e, & variarum in privatis virtutum, ut pietatis justitiæ, sobrietatis, castimoniæ, disciplinæ, sed etiam orationis, si pro vidua roges, pro pupillo, pro misericordi, pro nimium devoto, ac fideli, si in tribulatione. si cum dolore, si mœsto compatiens affectu, si tecum Ecclesia deprecetur, si populus universus imploret: his modis intrat, inquit, oratio tua DEI gratiam, intrat domum ejus. Profectò dignitatem suã in oratione profert, qui se meritis induit Christi, & Sanctorum intercessione: qui objicit quantis Deus beneficiis affecerit, ut proinde illa perdita, & irrita esse non oporteat: qui quę ipsemet aliquando tulerit, fecerit que pro Deo, & quod sit innocens, licèt ipsiusmet Dei gratia, nec videatur commeritus calamitates præsentes, aut dignus etiam censeatur quod impetret quæ flagitat. Sic David *f exaudire postulavit justitiam suam*, & revocavit Deo in memoriam *suammet mansuetudinẽ* g. Sic Ezechias allegavit merita propria deprecans impendentem mortem *b*. Sic populus universus merita majorum, & privilegia concessa objiciebat. Videtur Apollinarius eodem respexisse, ideſt, ad gratiam, & dignitatem in ipsamet deprecatione,

inter postulationẽ, & deprecationem differt.

Error in sectione Græca ab Ambrosio notatus.

e Eph. 4. 11.

f *psal.* 33. 21. g *psal.* 131. 1.

h *Esa.* 38. 3.

ταῦ μάχαρ ἡματέρη χάρις ἴζεται ἔνπε λιτέσθαι

Te beate nostrarum gratia veniet (seu *veniat*) *coram precum.*

Enarratores alii Græci non agnoscunt errorem, quem notasse Ambrosium dixi, sed Chrysostomus, Theodoret. Basilius, Euthym. Nicephorus; ajunt, ἀξίωμα à ceteris interpretibus accipi, ut sit idem, quod ἀξίωσις, & παράκλησις; qui autem Euthymium Latinum reddidit, refert ex eo Aquilam, qui vertit *orationem*; Symmachum, qui *suppositionem*. Hoc non observavit collector notationũ ad Biblia Græca Sixtina. Ceterum ἀξίωμα quid ab ἀξίωσις differat; ut significat dignitatem auctoritatis, apud scriptores Græcos nondum reperi, nec etiã ut dialecticè, sive rethoricè sumitur pro effato, pronuntiato, enuntiato, postulato, quam vocant quoque *dignitatem*. Ut non videatur, cur errare potuerit scriptor ponens unum pro altero, quẽadmodum notasse dixit Ambrosium.

Secundum eloquium tuum eripe me.) Hieronymus, *libera me*. Ambrosius *secundũ verbum tuum*. Hic est אמרה *imrah* prius דבר *davar*; utrobique, sicut idem Latinum, ita Græcum λόγιον. Quid sit *secundùm eloquium*, dixi priore versu. Aptissima expositio pro promissione, libertatio autem indefinitè intelligitur, seu ereptio ab omni malo, & periculo, præsertim spirituali, non precisè à terrestrium meditatione, ad quam proni summus *i*: non à concupiscentia carnis *k* tantum; non à solis peccatis *l*.

i Lyr.
k Hugo.
l Chrysost.

Vers. 171.) Eructabunt labia mea hymnum, quum docueris me justificationes tuas.

Vers. 172.) Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum, quia omnia mandata tua æquitas.

PLacidum, ac propitium sibi Deum facere, eumque demulcere nititur, ostendit intellectam optare, se liberationemque à malis, ut Deum laudare, & ejusdem facta valeat prædicare; sed & illa duo consistere in hoc ait, ut Deo ipso docente discat illius justificationes, sive præcepta, & intelligat inesse in istis æquitatem, atque id ipsum apud omnes pronuntiet, ac divulget. Pollicetur deque, si tales flagitatam gratiam impetret, ut legem percipiat, & perficiat, grati se animi significationem editurum, & ex plenitudine lætitiæ interioris, & ob æstimationem magnitudinis beneficii, sive ex repletione quadam, & abundantia cordis, eructaturum hymnos, & laudes Dei, & effecturum etiam aperto, publicoque sermone, ut omnes noverint, quam sit æquus Deus in omnibus mandatis, *quanta fecerit animæ suæ m*, quantis alios beneficiis m psal. 65. 16.
afficere sit paratus, quantam mereantur justissimæ omnes leges ejus venerationem, custodiamq; Ad eumdem fere modum sub initium psalmi præsentis *n*, Propheta n vers. 7.
dixerat, *Confitebor tibi in directione cordis; in eo quod didici judicia justitiæ tuæ*; in alio autem psalm *o repleri os* o psal. 70.8.
suum laude optavit *divina*, ut *cantaret gloriam Dei, tota die laudem ejus*, Promiserat præterea, *si labia ei Deus aperiret, os suũ annuntiaturum laudem illius p, doctur*usq; p psal. 50. 17.
iniquos vias ejus q. Tam bene sibi sapere, ac tantum gustum ex divinis sermonibus, & doctrina capere affirmat; q ibid. vers. 15.
tanto etiam teneri desiderio, ut hanc omnes ediscant, capiant, exequantur, ut explere animum velit, & ex ea plenitudine aliquid in alios ructantis in morem emittere.

Eructare verbum bonum corde cupit *suo r, mel, & lac habere sub lingua s, & favum in labiis distillantem t, memoriam abundantiæ suavitatis Dei eructare u*, fiet id perfectè in futura dumtaxat vita, cum perspecta penitus erit, clareque cunctorum operum, & judiciorum Dei æquitas: atque *in sæcula sæculorum laudabitur Deus ab inhabitantibus domum ipsius x*; quia erunt ἅγιοι ἅγιων *ab ipsomet Deo docti*, sine ullo amplius erroris, ignorantiæve periculo, & absque impedimento conformandi, seu exactè ad Dei voluntatem. Interim assuescendum laudationi divinæ; quod aprè, ac verè non poteſt peccator, in cujus *ore speciosa laus non est y*, vetatq; à tali Deus *enarrari justitias suas, assumique per os ipsius testamentũ suũ* z. Discat quis, priusquam doceat; edat, antequam eructet; non ante pronuntiet, quam commendaverit memoriæ, ac probe intellexerit! Hinc vero nos doceri Chrysost. docet, quanto sint obnoxii supplicio, qui libidinosas, obscenasq; cantilenas proferunt, qui hominibus assentantur, qui comicas nugas pronuntiat, qui ob trecandi caussa in hominum aures aliquid insusurrant, qui mendacia, & cla-

r psal. 44. 2.
s Cant. 4. 11.
t ibid. vers. 10.
u psal. 144. 7

x Ecclus. 15. 5.
y Eccl. 15. 9.
z psal. 49. 16.

Obnoxii supplicio, qui libidinosas, obscenasque cantilenas proferunt.

clamores in circensibus ludis edunt: neq; enim aliud quid A
quam proloqui oporteret, quam eloquia Dei. *Si quis loquitur*, inquit Petrus *a*, *quasi sermones Dei*; & Paulus *b*, *Quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque justa, quæcumque sancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate.*

a 1. epist. 4. 11.
b Phil. 4. 8.

Eructabunt labia mea hymnum.) Græcè habetur in optativo hujus, & membri sequentis verbum ἐξερεύξασθω, & φθέγξασθω, *eructent pronunciet*; sed non rarò futurum pro optativo ponitur. Et Apollinarius primo loco ponit ἄσω *canam* in futuro, deinde optativè φθέγξασθω. Hieronym. *fundet*. Tamen in aliis psalmis transfert per *eructandi* verbum ר, aut per *loquendi d*: quod & Hebraicè in *hiphil* הביע *hibbiabh*, tùm hoc loco, tùm in aliis. Nã in 44. psalmi prima sententia est aliud, nempe רחש *rachas*. Vertitur hic alii, *profundent, effundẽt, effluent, expriment*, more scilicet fontis, affluenter, & copiosè; vel *disserent, loquentur*. Interpretes nostri reddidérunt alibi e idem Hebræum verbum, quod hic est, per ἀποφθέγγεσθαι, & *loqui*, aut *effari*. Nos fide vi comparationis ex ructa petitæ satis multa diximus, nec ita proprie illam denotat hujus loci dictum verbum Hebræum ex radice נבע *navabh*, sed emanationem, & scaturiginem per modum fontis; quę tamen etiam per metaphoram eructationis exponi poteſt, ac solet. Hilarius exponit omne Prophetæ nostri eloquium *sub eructandi* significatione ostendi *g*; omnem vero sermonem hominis ex sensu cogitationis iniri, ac motu, ubi ad aliquid enuntiandum mota mens nostra, id, quod in affectum sibi inciderit, per verba declaratur: at ubi extra humanę mentis instinctum, non ad animæ sententiam lingua famulatur, sed per ineuntem spiritum officio oris nostri, divini sensus sermo diffunditur, illic eructatum videri esse, quod dicitur, quum non ante cogitatione, motuq; præcepto ad id, quod pulsa sit mens, loquatur, sed cognitæ sensu, spiritus vocem in verba distinguat. Sic ille; sed tamen haud ita, ut quos infigat Spiritus sanctus neget quæ postea ipsi eloquantur percipere, vel arreptorum loqui ritu, quod quidã existimavérunt. Eructatio, vel effusio juxta Hieronymi translationem indicant, ex intimo quasi stomacho, vel fonte, seu vase prodire, quæ labilis promuntur, & ore, animo prius ac mente meditata, & agitata, vique veluti quadam contenta, & compressa, quæ postea quasi ex abrupto, facto; impetu erumpunt foras: ita ut qui primum audit, ægrè quid velit sic loquens, intelligat; quia secum intus loquutus, exterius profert sermonem, proinde ac si sermonis interni conscios alios habuisset, quibus loquitur. Videt hùc etiam exemplum tacitè quid apud se modulantis, atque modum, ac tenorem toni, ut vocant, perscribentis, ut plena deinde voce cantet atque harmonico alios concentu oblectet. Tandem *hymnus* à Græcis nomen sumtum, dicitur hic Hebraicè מהלב *thehilab*, *laus*: de quibus vocabulis actum aliàs.

d Lyr.
e citat. locis psal. 44. 2.

Notio verbi eructandi.

g citatis locis.

Quum docueris me justificationes tuas. Hieronymus, *docebis enim me præceptatua*. Quasi caussa, cur sint eructatura labia hymnum Dei, sit, quia illa docebit præcepta, & justificationes suas. Particula כי *chi* causam denotat, seu *quia, quoniam*, & similia; sed valet etiam temporis adverbium, sive *cum, quando, donec*, & id genus alia. Posterioris, quæ hic est, acceptionis, exempla nonnulla sunt in Genesi *h*, ex interpretis nostri versione, aliisque in libris, ex aliorum translatione. Potest præterea significare ut in Deuteron. *i*. Quæ significatio affinis est ei, quæ posita est hoc loco, *quum docueris me*, vel *si docueris me*. Tandem exponi posset, *quod*, nempe *eructabunt quod docueris me*. Tandem exponi posset, *quod*, nempe *eructabunt quod docueris*. Græcè quidé optativo nõ apte jungi videtur ὅταν adverbiũ tẽporis eructent quãdo docueris: sed quęso, ut labilis detur eructandi facultas quod docueris; tanta sit in me doctrina, ut etiam eructetur.

h cap. 4. 12. cap. 26. 13.
i cap. 4. 25.

Pronunciabit lingua mea eloquium tuum.) Hieronymus, *loquetur lingua mea sermonem tuum*. Alii, *respondebit alternis, loquetur*, aut canet, futuri temporis תען *thahben* à ענה *hhanah* descendit, quod primum *respondere* significat: sed etiam *loqui, clamare, elevare in cantu vocem, vel quoque in luctu*. Sæpius occurrit in editione Latina *respondendi* verbum pro eo, quod est absolute, & simpliciter *loqui*, quam vis nullius præcesserit interrogatio. Vertunt alia Psalteria Latina in præterito *pronunciavit*, & in plurali, *eloquta tua*, & utrumque legitur in Augustino, etiam si codices quidam habeant futurum tempus, quæ lectio extat in putato Hieronymo, Prospero, Cassiodoro; in Arnobio autem, *eloquia tua*, in Ambrosio *loquetur lingua mea verbum tuum*. Græcè extat in optativo

Sensus loci.

Vers. 173.) Fiat manus tua ut salvet me; quoniam mandata tua elegi.

REdit post promissa sua, ad petitionem, & quod antea dari poposcit intellectum sibi, ac ab inimicis eripi, nunc salutem uno verbo appellat: & ad hanc impetrandam implorat omnipotentem Dei manum: simul exponens prætendere se tantum bonum, quia mandata elegerit, viam plane necessariam, ut ad illum terminum perveniatur. Nam *qui vult ad vitam ingredi, debet servare mandata t*; Salutem quoque intelligere possumus præsentis temporis gratiam, non præcisè, ut Lyranus asserit, ut lingua dirigatur ad propriam, & aliorum salutem, atque liberationem à cunctis periculis externis, internis, corporis, animæ, quæ gratiæ ad versentur, & gloriæ adeptionem, quæ salus æterna est, impediant: denique perseverantiæ donum.

Sensus loci.

Mystice porro interpretantur Ambrosius, Augustinus, Haimo, Cassiodorus, putatus Hieronym. Hugo, Aygua-
nus. Glossa ord. & interlin. Item Gregor. *u* & alii, ut manus Dei Christus intelligatur, quem vocat etiam Esaias *x* *brachium Domini*: & oretur in Unigenitus Dei Filius fiat homo, ac JESUS, ideſt, SALVATOR, qui jam erat creator. Docet vero Haimo fieri etiam quotidie nobis Christũ Salvatorem, peccata remittendo, & spirituales gratias conferendo. Gregorius eodem sensu exponit quod Ezechiel *y* scribit *factam super se manum Domini*. Manus quippe Dei, ait ipse, citans hunc psalmum, quæ per divinitatem non est facta, sed genita, per humanitatẽ facta est, ut humani generis vulnera sanarit. Non distat ab hac expositione illa quã tradit Arnobius; manus Christi, quæ in cruce fixæ fuerunt, fal vos nos facere, si mandata illius diligimus, *concupiscimus salutare eius, lex meditatio nostra est*, credentès quod etiam corpore nostro *vivet anima nostra*, &c.

Sensus mysticus.
u hom. 2. in Ezech.
x cap. 53. 1.
y cap. 8. 3

Bruno Carthusianus, Remigius, priorque ille Ambro-A sius, nomen *manus* accipiendo pro exercitu exponunt de Angelis qui leguntur, inquit Bruno, martyrium multis in passionis agone positis: ad auxilium venisse. Non dissimilis oratio in psalmo *a Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis multis, de manu filiorum alienorum*: Item *b, Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ, & super filium hominis, quem confirmasti tibi.* Præterea *c, Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua.* Hugo autem considerans *manum* ut de Christo dicitur ac de eodem accipiens orationem illam auctoris Ecclesiastici *d, Glorifica manum, & brachium dextrum:* sed & Moysis manum leprosam quum de sinu extracta est, mundam: quando in eumdem reducta est applicans Christo, qui *reputatus est leprosus* (ut est apud Isaiam *e, Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portavit; & nos putavimus eum quasi leprosum,*) in vita mortali, sanus in resurrectione, distinguit subtiliter, ingeniosè, pie, in manu eadem quinque digitos, cum ternis in uno quoque articulis; præterquam in pollice, qui duobus tantum constat. Longior allegoria est, cui adjungit tropologiam, ut & nostram Christi manui manum porrigamus cum suis articulis, si trahi, & extrahi de luto velimus.

Allegoria juncta tropologiæ.

Legisse non pigebit duo notanda. Primum, quod incarnationem Filii Dei David, & alii justi per suamet merita propria petierunt, & impetrarunt ex quadam congruitate, non autem de condigno, idq; secundùm nonnullas circumstantias, non absolutè simpliciterque secundùm substantiam operis. Itaque hoc modo petit Propheta, ut fiat manus Dei ad salvandum, quia mandata ejus elegit, ideſt, allegoria posita; ut fiat Incarnatio citius, & ex femine suo, quia legem liberè, ac libenter observavit. Alterum; quod libero arbitrio præditi sumus, atq; illud requiratur ad legem observandam; & ad meritum. Elegit, ait Hilarius, non naturali necessitate, sed voluntate pietatis: quæ unicuique adid quod vult via est proposita vivendi, & appetendi, atque agendi permissa libertas: & ob id uniuscujusq; aut pœna, aut præmiis afficietur electio. Faustus *f* episcopus præterea probans hinc liberum arbitrium, sicut ex alio versiculo prioreistius ejusdem *g*. Psalmi *viam veritatis elegi*; ita declarat verba ista: *Fiat manus tua ut salvum me faciat, quia mandata tua elegi*, hoc est, sollicitabat me quidem in siniſtram partem pernicioſa C mundi voluptas; sed in dexteram mandatorum tuorum taxit utilitas.

f de lib. arb. cap. 9.
g verſ. 30.

Fiat manus tua ut salvet me.) Hieronymus, *sit manus tua auxiliatrix mea* alii, *ad auxiliandum mihi fit*, seu, *adsit auxilio mihi*, vel *erit adjuvandum me* ההורה לעזרני *thebi jade Kalehhozerini*. Unde si ratio habeatur hebraei verbi, non potest alluſio fieri ad nomen Salvatoris, quod est *Jesus* Hebraicè: sed tantùm ad Latinum verbum, *salvet*. & ad Græcum σῶσαι, respiciendo. Ultimum vocabulum est verbum infinitivi modi, cum littera servili, & affixo; primum futuri temporis significans, *erit*, quod pro imperativo usurpatur, & pro hoc in Genesis capite primo redditur, *γένοιτο*, & *fiat*: & idem valet ac, *fit*, vel, *existat*; quod videtur vim creationis magis exprimere: Psalmo 79. *h* eodem modo dicitur תהי ידך *tehi jadeka* ubi etiam vertit Hieronym. *fiat manus tua*. In aliis Psalteriis, & apud alios Enarratores vetustiores, atq; apud Faustum, & Gregorium prius citatos, *ut salvum me facias*.

h verſ. 18.

Manus solitarie accepta pro dextera sumi plerumque fateor, quæ nobilior ac validior est, & hanc hic expressit Apollinarius;

δεξιὰν μὲν σύνοιδας ἀναξοίη, καὶ μὲ σώσεις·
Dexteram extendas, Rex, tuam, & me serves.

Tamen aliquando manui adjungitur seorsim dextera, & sic pro siniſtra debet sumi; ut, verbi gratia *i*; *Ut quid averti manum tuam, & dexteram tuam*: & *K, Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua*), *Ponam in mari manum ejus, & in fluminibus dexteram ejus*. Recte autem admoneat Augustinus, tum explicat hunc locum de Christo, qui sit Dei manus, nescire se an ubicumque dicitur in scriptura *fieri manus Dei*, aut *facta esse manus Dei*, possit hic sensus in eis locis omnibus contineri. Posset absq; hæsitatione affirmari non posse commodè in omnibus obtineri,

i pſ. 73. 11.
k pſ. 88. 14.
l verſ. 26.

Quoniam mandata tua elegi.) Hieron. *præcepta*, quod LXX. transtulerunt γραπτὰ δόγματα, synonymo ferè verbo reddidit Symmachus νόμους: Aquila, & Theodotio, ἐξελεξάμην. Videtur Arnobius legisse, *dilexi*. *Qui elegit, dilegit, & cupit*; quod etiam declarat Apollinarius per λελαθοῦσα, *cupere electione quia* inter multa est. Bene Cassiodorus innuere advertit Prophetam, quod omnia pericula amori Domini posthabuerit: Nullus enim, ait ille, aliquid eligit boni, nihil his contraria, contempsisse docetur.

Verſ. 174.) Concupivi salutare tuum, Domine, & lex tua meditatio mea est.

SAlutem essagitatam priore versu iterum petit, declarando quantopere eam experat, & hactenus expetierit. Sicut autem ibi significavit elegisse se inter cetera bona omnia, Dei mandata; eodem pacto hic affirmat se in Dei lege meditanda totùm occupari: hęc sua carmina, suas esse has delicias, hanc voluptatem suam: huc tendere cuncta studia, cogitationes, verba, opera: quia demum ad salutem æternam conducit proba legis intelligentia, ejusdemq; accurata custodia. Ad istum ferè modum cecinit *m* ante pridem *defecisse in Dei salutare animam suam, & in verbis illius superſperaviſſe, oculos* etiam *defeciſſe in eloquiis ejus*; Item, *concupivit n*, inquit, *anima mea, desiderare justificationes tuas*. Græci, ac Latini eodem prope consensu interpretantur quoque de desiderio adventus Christi Salvatoris, quem Veteres in lege, quam meditabantur agnoscebant promissum; atque in Scriptura legebant cum cognomento *desiderii collium æternorum o*, & *desiderati cunctis Gentibus p*.

Sensus loci.

m verſ. 81. 82
n verſ. 20.
o Gen. 49. 26. Deut. 33. 15. Aggæi 2. 8
p Malach. 3.

Addit Glosa ex Augusto. in Ecclesia desiderium secundi adventus ejusdem Christi. Addi potest desiderium futuræ vitæ, *ut cupiat quis dissolvi esseque cum Christo: qui dimitti ut videat salutare Dei* appellere, ad portum, ut cum onusta mercibus meritorum nave. Ambros. negat eos qui longævitate vitæ istius delectentur, & inossensa valetudinis cómoditate potiri velint, ut supra præsentem sententiam posse. Suam enim magis salutem, quam salutare Dei quærere; medicis potius, quam Scripturis obedientes. Tunc subjicit, quod contraria studiosis divinæ cogitationis præcepta sunt Medicinæ; quia à jejunio revocant, lucubrare non sinunt, ab omni intentione meditationis abducunt. Itaq; inquit, qui se Medicis dediderit, seipsum sibi abnegat, qui autem quærit salutare Dei, Christum sequitur, qui dicitur salutare Dei, non quæ corporis, sed quæ æterna sunt, quærens; qui autem salutare Dei quærit, *die* utiq; *& nocte meditatur in lege r*: Jugis illi meditatio est divinorum decretorum, neq; aliqua cura corporis hujus avertitur à studio disciplinæ. Retulit Gratianus in decreti partem sententiæ istius Ambrosianę, distinctione 5, de consecratione *s* colligens testimonia de jejunio.

q Phil. 1. 23.
* Luc. 2. 29.
r pſ. 1. 2.
s contraria

Concupivi salutare tuum Domine.) Hieronymus, *desideravi*, alii, *desideravi*, seu *optavi salutem tuam*, aut *ad salutem tuam*, aut *saluti tuæ*, hoc est, in illam fixum fuit desiderium meum, constanter in hoc proposito salutis acquirendæ perstiti, retuli omnia desideria mea in eum finem: *unam hanc in rem petii à Domino, hanc requiram t*. Hanc vim potest habere littera servilis nomini præfixa cum pronomine affixo לישׁעתך *lisciuhhatheka*, quia servilis littera ל *lamed* jungitur ut plurimùm dativo. Quod LXX. dicunt ἐπεθύμησα, habent Theodotio, V. & VI. editio ἐπιποθοῦσα, *sperari*, & *confidi*: Aquila ἐπιγνοῦσα *avide pendebam*: Symmachus, ὑπερεπεθύμησα, *superconcupivi*.

t pſ. 26.

Et lex tua meditatio mea est.) Hieronymus, *voluptas*, quo etiam pacto pluribus aliis prioribus locis psalmi *u* præsentis, in quibus est *meditari & meditatio* μελετᾶν & μελέτη שעשע *sciahhasciahh*, & שעשע *sciahhasciuhh*. Consule loca illa, quæ continent etiam sententiam illi similem de lege, testimoniis, mandatis, quæ se canit meditatum Propheta, vel suam in iis meditationem verſatam. Alluſio quædam elegans est in vocabulis Hebr. שעשע *sciahhsciuhh*, ישעה *jesciuhhah*. *Beatus vir qui in sapientia morabitur, & qui in justitia meditabitur, & in sensu cogitabit circumspectionem Dei x*: nempe quomodo ille cuncta circumspectè gerat, gubernetque, temerè nihil agat, nihil præmittat, nihil non æquissimè præcipiat.

u verſ. 24. 77. 92. 143. 174. terea verſ.
x Eccl. 14. 22.

Verſ. 175.) Vivet anima mea, & laudabit te, & judicia tua adjuvabunt me.

Sensus loci.

IDcirco tam ardenter concupitum à se salutare asserit, tantoque studio dedisse legis meditationi & custodiæ operam, quoniam hac una re constare vitam suã sciebat: hoc esse ut hominem decet, vivere, post istam præsentis ævi salutem, quæ unica ad æternam illam via est, æternã succedere beatã omnino vitam: in ea vacari divinæ laudi dumtaxat, ut eo perveniatur adjumento fore illi, qui se se dicta ratione circa legem exercuerit, judicia Dei & Christi primum quidem in excessu animæ de corpore, postea vero quando ad judicium generale cum suo corpore anima vocabitur, & cum eodem jam beato laudes etiam vocales Deo, Christoq; decantabit in sæcula sæculorum. Nec displicet exoptantis orantisq; affectu exponere, ut desideratę salutis compos, vivat & laudet Deum, ideſt, alacriter & hilariter hoc faciat, seu ut dudum ante cecinit *a confiteatur ei in directione cordis*: præterea ut judicia, sive præcepta DEI juvent ad consequendam salutem, robur ac vires addant, confirment, & promoveant in eadem salute, atq; in DEO melius laudando. Meminit Euthymius expositionis utriusq; propter duplicẽ lectionem, per modum enunciantis & optantis; de qua postea. Docet etiam Nicephorus hæc ἐνεργῶν δύναν habere, vim optantium verborum. Ambrosius vitam interpretans futuram, beatamq; præsentem negat vitę dignam appellatione; sed *esse pulverem mortis b*, seu *corpus mortis c*, & *regionem umbræ mortis d*, solum *in regione vivorum placeri Deo* plene *e* posse, ibique perfectè laudari & *cantari canticum Domini*, non *in terra aliena f* quia status hic peccatorum est, qui enarrare laudes Dei non valent *g* ut decet. Postremo an judiciis divinis juvari sanctos, cum bonis operibus remuneratio vitæ confertur æternæ; interim probari: peccatores etiam juvari nunc, dum humiliantur, & castigantur, ut peccata solvant duplicia *h*, dum *opus eorum exuritur, ut salvi fiant. Sic tamen quasi per ignem i*: sensum quoque posse esse ait, si dignus fuero judicio. dignus ero ut exuar consortio impiorum; quoniam *non resurgunt impii in judicium K*, & adjuvabunt me judicia, quoniam *qui credit in Domino non judicatur l*. De seipso autem idem ille sanctus tantus, ita modestè loquitur. Ego infirmus; C ego peccator, timeo judicia Dei, propter conscientiam dilectorum: mihi terrorem afferunt, me exagitant, sanctos adjuvant. Paulinus *m* tamen scribit dixisse Ambrosium sub mortem, se nec vivere recusare, nec mori timere, quia bonum Dominum habemus. Hoc modo vita tùm præsens, tùm futura, tùm gratiæ, tùm gloriæ sumitur; laus & hic, & ibi decantanda: *judicia* vel pro præceptis nunc juvantibus, vel pro tribulationibus justo Dei judicio nunc immissis, & permissis; vel pro consideratione judicialis sententiæ, vel pro ipsamet sententia quum pronuntiabitur; Et ſi quidem *judicia* pro tribulationibus accipiantur, constat magno adjumento esse, præsertim ne caro prævaleat contra spiritum. *Quum enim infirmatur illa, hic potens est n*, dumque *is qui foris est noster homo corrumpitur, is qui intus est renovatur de die in diem o*, ne spiritus *extollatur* superbia *p*, ut nos velut muri aquarum hinc inde muniant *q*; ut hostis ipse diabolus patientia nostra *multipliciter flagelletur r*, ut *eruditamur* flagellis *s*, *detque vexatio nobis intellectum t*: ut eo magis *acceleremus u*, bonis operibus ac studio tendendi pervenien- D dique in patriam: ut æternas pœnas brevibus istis ac parvis compensemus: ut tanto postea magis *cor per tribulationes dilatetur x* & lætetur: ut nos à DEO diligi tamquam à Patre optimo intelligamus *y*: ut *Christo compatiamur z*, tantaque pro nobis passo conformemur, & vicem nonnihil compensemus: ut *suppleamus quæ desunt passionem ejus pro corpore illius quod est Ecclesia a*; denique ob alias plures causſas, de quibus alibi dixi non semel.

f Joan. 6. 63
g verſ. 69.
h pſ. 21. 30
i pſ. 68. 33
K Tob. 13. 21
l Apoc. 5. 10.
m Eccl. 15. 18.
n 1 Pet. 4. 17
n 1. Pet. 4. 17
o 2. de prec. mer. cap. 17
p pſ. 93. 18.
q Matt. 29. 26.
Justi insigniores Dei judicia in universali judicio juvabunt. In mortem subit quisque particulare judicium.
r de anima, cap. ult.

Vivet anima mea, & laudabit te.) De vita naturali nõ intelligit solum, de qua dubitari non poterat, & communis est omnianimæ rationali etiam peccatoris. Intelligit ergo se victurum in isto quoque tempore, sumendo *animam* pro toto composito, quasi diceret *b, non moriar, sed vivam & narrabo opera Domini*, quia *non mortui laudant Deum c*, laude externa & corporea: *sed nos qui vivimus benedicimus d* Domino & *vivens confitetur ei e*; Præterea intelligit de vita animæ, ut significat lætitiam illius, & hominem hilari lætoq; animo præditum. Deinde

b pſ. 117. 17
c pſ. 113. 17
d ibi. verſ. 18
e Eſ. 38. 19
Eccl. 17. 28

A de vita spirituali animæ, quam ipsi communicant verba divina, quæ *spiritus & vita f sunt*. atq; *verba vitæ æternæ g*: cujus quoddam pignus & jus accipit qui verbis illis credit, & ex eorum præscripto vivit. Tandem de æterna ipsa beataque vita in aliis psalmis extat eadem formula, ut dicatur anima ipsa vivere; *anima h mea illi vivet, & i, vivet anima vestra*. Vide prioris loci commentarium. Laus postremo, quam promittit Propheta, postsimùm est illa, quam celebrant beati, seu lætum illud *Alleluja per vicos* cœlestis Jerusalem *K*, & *canticum novum l*, ob semper novam & sine fastidio laudandi cantandique materiam. Hic etiam laudat animã Dominum, quum ei munera gratiæ adscribit animo grato, & ad illius laudem refert se, suaque omnia.

Et judicia tua adjuvabunt me.) Hieronymus, *auxiliabuntur mihi*. Sensum varium retuli; maximè probabilis est qui sumit *judicia* pro præceptis & *mandatis* ut sæpius in hoc eodem psalmo. *si voluerit mandata servare conservabunt te m*. Proxime probanda notio magis de tribulationibus à Deo justo judice immissis aut permissis. Hæc Augustinus ait esse, quæ tempus erat ut inciperent à *domo Domini n*. Tùm subdit: Et quis non ardeat quantùm ad juverit Ecclesiam sanguis Ecclesiæ, quanta ex illa semente seges toto orbe surrexit? docet item alibi *o* hęc judicia esse, per quę Deus corripit nos; docendo non superbire. Pertinet ad gratiam adjuvantem non solum quod interius Deus operatur per seipsum, sed externa etiam opera, verba, exempla, miracula, quibus eodem cooperante intus DEO, excitamur & movemur. In genere vocari potest *misericordia adjuvans*, quod nomen extat in alio psalmo *p* Insigniores quidam justi adjuvabunt quoq; judicia Dei in universali judicio, quatenus ferent & ipsi sententiam tamquam judices, ut Christus promisit *q*. Ante illud judicium, subdit quisque in morte particulare; si autem justus est, juvat eum hoc judicium, & ante mortem jugis recordatio de veroque judicio, quam Hieronymus habere studebat dum viveret, aliique Sancti. Ante resurrectionem anima recipit pro meritis ipsa per se sola, postea simul cum carne. Congruentissimum enim est, ait Tertullianus *r*, animam licèt non expectata carne puniri, quod non sociata carne commisit; sic & ob cogitatus pios & benevolos, in quibus carne non eguit, sine carne recreabitur. Quid nunc, si & in carnalibus prior est quæ disponit, quæ mandat, quæ impellit, & si quando invita, prior tamen tractat quod per corpus actura est: numquam denique cum scientia posterior erit facto; ita huic quoque competit ordini priorem pensare mercedes, cui priori debeantur.

Verſ. 176.) Erravi sicut ovis quæ perilt: quære servum tuum, quia mandata tua non solum oblitus.

Sensus loci.

QUia victuram dixerat animam suam, & Deum laudaturam, & adjumento sibi futura judicia ipsius, nempe mandata bene intellecta, & opere impleta, tribulationesque patienter toleratas, ut propterea etiam optandum censeret judicium utrumq. particulare ac universale, cujus item recordatione juvari se ac recreari sentiebat: hic tandem in fine psalmi suspirat ad finem supremum felicitatis, obsecrans ut ab errore auxilioq; præsentis ærumnosæ vitæ aliquando liberetur: atq; à bono pastore Deo, velut ovis errans, reducatur in gregem ovium cœlestium: unde cogitur abesse, propter conditionem, & statum ex originali peccato relictum. Dixerat diu ante *s*, *se de mandatis Dei non erraſſe* hic etiam ait, eadem se oblitum non esse. Errorem igitur intelligit non à mandatis, vel in mandatis, sed, ut dixi, à patria non tam terrena, ac ne de hac quidem per se, ut Anastasius tamen vult, exponens de captivis in Babylone, & alii ut Euthymius de Davide, quando exulare cogebatur, persequente ipsum Saule: aut Absalone; quam à cœlesti, & de captivitate peccati, seu pronitatis ad peccandum, & de lege peccati captivante, nec finente ad Deum & cœlestia libere intendere. Quomodo explicat Chrysostomus, adducens in confirmationem reductam pastoris humeri centesimam ovem *t*: quod aliàs monui ex Tertulliano *u*, expressum in veteribus Ecclesiæ calicibus: idemq; sibi velle agninæ pellis pallium quod majores Episcopi gestant, ut Isidorus *x*. Pelusiota annotavit. Innuit idem Chrysostomus, congruere finem principio psalmi, quoniam qui *Dei mandata*

f Lic. 15. 5
u de pud. cap. 7.
x lib. 2. epist. 136.

non obliviscitur, in lege ambulat Dei: & vice versa. Adde quos Deus quærat. Delectatus est Christus ipse ista similitudine pastoris & ovis: nam statim natus evangelizari pastoribus voluit *a*: parabolam ex utraque re copiosè tractavit *b*. Quo die mortuus est audita vox *Pana pastore Dei mortuũ esse c*: oves & agnos pascendos Petro post resurrectionem commendavit *d*: ecclesiam in judicio similes ovibus fore docuit hœdis reprobos *e*: ipsemet *agnus & ovis* nominari volgit à Prophetis *f*: & sponsam ac sponsum eodem munere fungentes in opere toto Cantici canticorum; Item à Joanne Baptista *g*, & ab Evangelista *b*, eumdem appellavit Petrus *à pastorum principe*; *pastore & Episcopum animarum errantium i*. Paulus *k pastorem magnum ovium*: in Ecclesiarum absidibus antiquis exhibetur pictura pastoris & ovium *Erratis* inquit secundùm Christum, pastorum princeps Petrus *l*, *sicut oves errantes: sed conversi estis nunc ad pastorẽ & Episcopũ animarum vestrarũ*. Et Augustinus, Non sint ingrati homines gratiæ Dei, pusilli cum magnis à minori usque ad majorem: totius Ecclesiæ vox: *Erravi sicut ovis perdita: omnes nos sicut oves erravimus m*. Dicturi sunt reprobi, sed sero ac sine fructu *n*, *erravimus à via veritatis*: qui dum viverent, errorem agnoscere atq; corrigere & in viam redire noluerunt; *cogitare vias suas & convertere pedes in testimonia Dei*, quorum ignorantia vel inconsiderantia, saltem virtuali, ut dicunt, omne peccatum contingit; ita ut *erient, qui operantur malum o*, & hi omnis peccans, idem ignorans. Stultissimum animal in quadrupedibus ovi est. Aristotele *p* este, repens in deserta sine causa, ipsa etiam hyeme: stabuli egrediens & à nive occupata, nisi pastor compulerit, nolens abire, Basilius *q* item scribit, quod nullam habet peculiarem prudentiam ut pergat ad inquirendas altiles pascuas, utq; turioribus in locis commoretur, & sibi conquirat potum, nisi si quis adfuerit pastor, qui viam ei præmuniat, & præmonstret ad hæc perquirenda. Quocirca qui nunc orat quæri, quæsitus est prius, & quadam ex parte inventus à Deo, idcirco flagitat alicubi Augustinus *r* doceri quærere Deũ, & invenire. Bernardus *s* etiam ait præsentem orationem esse animæ profugæ ac debilis: & tamen quum reverti cupiat, requiriq; petat, visitatam prius esse à verbo, & quæsitam. Non quæreret, inquit, nisi quæsita fuisset, ersi satis quæsita fuisset: pottulat vero ut qui *dedit velle, det & perficere pro bona voluntate t*: quater Sulamitidem ad revertendum invitat sponsus *u*: & vagantem redarguit *x*. Intimus quidem cordi Deus est, *nec longe ab unoquoque nostrũ* *y*: sed cor erravit ab eo, ut scribit Augustinus. *z*, & qui Deum derelinquit; censetur *à suomet corde derelictus a*: quia *Deus est cordis nostri Deus b*; nec aliter potest præv aricator ad ipsum redire, nisi *redeat ad cor suum c*: obediendo & sequendo reducentem Deum. Attribuit Cyril. Jerosolym. *d* istam fideli latroni sententiam: Cyprian. *e*, & Bernardus *f* cuilibet comprehenso in illa ove, quam venit quæsitum Christus, *nonaginta novem g relictis*.

Erravi sicut ovis quæ periit, (Hieronymus, *quasi ovis perdita*. Ponunt alii, ut Cajetanus, pro *ove, agnum*, ut Paraphrastes אדרא *immera* idem significans; licèt in textu Nebiensis aliud sit nomen אש *bhoz*, quod *ovem* valet. Dicitur quoq; שה *seh*, nomen Hebræum hujus loci significare tam *hœdum*, quam *agnum*, seu *parvum ovium & caprarum*. Sæpe per nomen *agni* translatum occurrit: aliquando per genericum nomen *pecudis*: nonumquam *arietis*. Imbecillior est agnus, timidior, ad errandum facilior.

Lascivitque h fuga, lactentiaque ubera quærit.
Et i quærit mater multis balatibus agnum.

Habet autem vetus Psalterium, & Augustinus, *sicut ovis perdita*, eo modo quem ex Hieronymo retulimus; putatus autem Hieronymus cum Psalterio Romano, & Ambrosiano, prætereaq; Ambrosius ipse, & Cassiodor. *quæ perierat*. Participium ἀπολωλὸς & אבד *oved* variis tẽporibus jungi potest. Non signifi cat David periisse se, vel perditum esse, propter peccata; quia ut ante monui mox hic subjicit, *se mandata non oblitum, & multo ante K. se de illis nõ erravisse*. Sed loquitur de persequtionibus externis, ac de sua fuga, propter violentas hostium injurias, quemadmodum fugit ovis lupo in ovile ingresso, nesciens quo se recipiat. Convenit sententia iis, quos Paulus *l* describit *in solitudinibus erraſſe, in montibus, inſpeluncis, in cavernis, terræ egentes, angustiatos, afflictos*: quod multo magis ac pluribus convenit novi testamenti justis, quam veteris, ut historiæ testantur, & comprobat quotidiana experientia in exultantibus pro fide. Elias vult תעה *thabhah* per תבו *tbau* non nisi de errore viæ dici: cum *& teth*, non nisi de errore cordis, & intellectus. Sed confundi demonstrat Pagninus in Thesauro. Certe in Psalmo 94. *in hi erant corde*, dicitur תעי לבב *thobheh levav*.

Quære servum tuum.) Non fugitivum, sed fugientem, qui fugatus est, non qui teipsum fugit: denique quovis modo servum tuum, qui reverti nequeat per se, nisi tu ipse illum quæras, & requiras (quo verbo utitur Psalterium Romanum, Cassiodor, creditus Hieronym.) & denuo acquirasi. Jubemur *quærere Dominum*, & quidem *toto corde n*: Sed quærere, nisi prius ab eo quæsitum; non possumus; ut antea vidimus cum Bernardo. Quærens ipsemet Deus, non semper nos invenit, hacque de causa nonnumquam conqueritur. Quærunt item quoq; homines Deum, & non inveniunt, atq; hoc ipsum Christus comminatur *p*. Non invenit Deus justitiæ fructum, qui deberet esse in hominibus, juxta mensuram gratiæ ipsis concessę. Non invenient homines Deum; vel quia ab eo quærunt quæ concedi non debent; vel quia veniam, gratiam, gloriam quærunt, non illo modo ac tempore quo debent, Ambrol. & Augustin. admonent lectum in aliquibus codicibus pro *quære, vivifica*, scilicet pro ζήτησοι, ζῆσον melioremvero & opportuniorem esse nostram lectionem; quoniam ovis quę erravit, quærenda est à pastore, ne pereat. Id omnino exigit. Hebr. בתש *haKes*. Illo tamen modo legit etiam Hilarius. In Romano autem Psalterio additur, *Domine*. Hortatur David in alio psalmo *q*: *quærite Dominum, & vivet anima vestra*: & Amos invitantem inducit Deum *r*: *quærite me, & vivetis*; ipsemet quoq; invitat *s*, *quæritę Dominum & vivite*. Hoc studiosissimè fecit sponsa *t*: hoc etiã Maria & Joseph, *u* quando remansit puer *Jesus* in Jerusalem. Sed non invenitur, nisi se ipse manifestet; immò nisi quærat quærentes, & antequam quærant, nisi querat ut quærant, nisi faciat ut *quærant, qui ante non interrogabũ, inventi antq; qui non quærebant x*. Surggendum Deo ut *recordetur quod simus caro, spiritusq; vadens & non rediens* y nisi revocet, redireq; faciat. Christus *inventam ovem imposuit in humeros z*, idest, peccatorem conversũ ac reversum & *impositum super caput suum a*. Condito homini suppoſuerat Deus omnem corpoream creaturam; propter peccatum *posuit urbem super eumdem b*, onerans mole curarum; hanc molem cum homine Christus in se suscepit: invitans *ad se omnem laborantem & oneratũ, c* & sublevans veluti alterum Atlantem, damnatũ propter superbã conjurationem in Deũ, cœli machinam sustentare.

Quia mandata tua non ſũ oblitus.) Crebro id inculcavit antea *d*: nec oblitus est in fine psalmi, ponere. *Melior finis orationis, quam principium*: *cauda victimæ oblata in odorem suavitatis e*: cultior vectis fimbria sacerdotis pulchriorq; *f justum* decet *priorem esse accusatorem sui g* ἐν πρωτολογίᾳ *in principio sermonis*, בריבו *berivo, in lite sua*, ut eam cõtra seipsum intendat apud Deum, & alios, quum convenit. Totum præteritum psalmum consumsit David in legis commendatione, suoq; desiderio exprimendo circa custodiam ipsius; quod nihil aliud est, una cum frequẽti oratione ad hoc perficiendum quam suam imbecillitatem fateri, seque obnoxium esse erroribus & peccatis. Hoc autem demum in postremis verbis magis disertè declaravit, confitens ovi se similem, errantis, ac perditæ, quæ per seipsam redire in caulam, & in ovile non valeat: & hoc unum superſit; quod memoria teneat mandata Dipsius inter quæ illud; ut errans, & peccans, reditum atque conversionem à Deo imploret: patiens tribulationes ac tentationes, memoria se mandatorum Dei tueatur; & opẽm vire sque ad versus illas flagitet. Nec velim tamen restringi, ut Ayendanus facit, sententiam ad solos prædestinatos, qui quamvis aberrent aliquando, quæruntur tantum ac revocantur. Solis quidem prædestinatis perfectè convenit ovium appellatio, quę si errant, redeunt. Nihilominus etiam oves perditæ, ac à lupis dilaceratæ, sunt oves: *& ovis inventa h*, ut & *drachma t* censeri potest quivis ad meliorem reversus frugem, & ad gratiam Dei peccator, sicut præterea filius prodigus, qui, postquam inventus est *K*; etiamsi contingat iterum perdi, ac perire, & in fine oblivisci Dei mandata, & à Deo tradi oblivioni, atque deseri: qui nulli tamen sufficientia denegat necessariaque auxilia.

PSALMUS

CENTESIMUS DECIMUS NONUS.

1. Canticum graduum.

AD Dominum quum tribularer clamavi; & exaudivit me.

2. Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua dolosa.

3. Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?

4. Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatoriis:

5. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus est: habitavi cum habitantibus Cedar: multum incola fuit anima mea.

6. Cum his, qui oderunt pacem, eram pacificus: quum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Titulus, & Argumentum.

Canticum graduum.

Titulus quindecim psal. communis.

SQue ad 133. Psalmũ inclusive prefigitur hic idem titulus, hoc est, omnino quindecim psalmorum ordine, quem tenent in Psalterio decantaturi. Idcirco ratio tituli communis hic reddenda. Poni autem debet initio, omisso *cantico*, de quo alibi egimus, *graduum* nomen Latinum licèt sit commune ascensioni, & descensioni, solã ascensionem innui per Hebræum מעלות *hammahhbaleth*, cui præfigitur littera servilis ה *he* demonstrativa quum simplex sit עמרית *mahhaloth*; & per Græcum ὠδὰς ἀναβαθμῶν. Arnobius exponit *cantica graduum* esse cantica ascensionum, veluti si alicui, qui in foveam cecidit, ponatur, inquit, scala, ut inde ascendendi capiat facultatem. Augustinus, quoque, Cassiodorus, Hugo Albinus, Beda monet propter vim Græci vocabuli. *gradus*, qui modo in his psalmis positi sunt, ascendentes significare. Favent Theodotio, Aquila, Symmachus, usurpantes ἀναβάσεις *ascensiones*. Quare non debuit in dubium revocare Trevetus an canerentur psalmi non tantum ascendendo, sed etiam descendendo. Quamquam, ut indicat Prosper, possunt gradus quoq; descensionum sumi, quatenus mysticè loquendo qui se humiliat exaltatur *a*. Adde, quia descendit ad alios juvandos, quod per se ascendentes, & descendentes in scala Jacob quidam intelligunt. Differit de variis opinionibus Agellius non indigenter, licèt non omnes recenseat. Minime probabiles censeo de instrumenti nomine, ad quod instrumentũ isti psalmi canerentur *b*: vel de dono cantilenæ vulgaris inchoatæ ab eodem nomine, ad quem tonum sive numerum, & modulum decantarentur *c*: vel à variis distinctis tonis cantionis eorumdem *d*: vel de vocis elevatione; atq; contentione *e*, quasi per singulos uno vox gradu attolleretur, & ascenderet, seu scanderet eo fere modo quo die Paraseev. fit in iis verbis *ecce lignũ crucis*, &c. & sabbato sancto in *alleluja*: vel de clivis, per quos adeuntes ad montem, in quo erat arca, templumq; canerent *f*: quemadmodum in missa vocamus *graduale* id quod, epistola recitata, dum ascenditur ad evangelium recitandum; recitatur: vel de suggestis, sive ambonibus editis, super quibus à Levitis canerentur *g*; cui opinioni favet in Caldææ Paraphrasis textu Bibliorum Regiorum titulus, *Canticum*, quod dictum est *super gradibus*: vel inversis litteris à עלמות *bhalamoth* quod habetur in titulo psalmi 45. ac si dicas *pro adolescentulis* h. Concedo Agellio nonnulla non penitus incommode asserri posse pro illustratione, atq; confirmatione ultimarum quatuor sententiarum: ut quod Levitæ scribantur *laudasse Dominum Deum Israel voce magna in excelsũ i*. לסעלה *lemohhlah*, εἰς ὕψος item quod fiat mentio ab Esaia *k* de *ascensu luith*; quæ vocatur ἀναβατὸς (male in quibusdam codicibus ἀναστὰς) & מעלה *mahhleh*; pretereaque de *clivo Sis* in Paralipomenis *l* iisdem illis nominibus; rursus, quod no

a Luc. 14. 22. cap. 18. 14. Opiniones septem minus probabiles Hebræorum.

b R. Abenezra. R. Kimhi. R. Levi Gerson, & Joan. Nevvill.

c Rabbini & Burgensis.

d Vatabl. refert.

e R. S. adia apud R. Kimhi refert.

f Agellius refert.

g Idem refert: asserunt Jo. Mar. in ps. 125.

h idem refert Agell.

i Par. 20. 19. & cap 15. 5.

Aminetur in libro Nehemiæ *m gradus Levitarum*, simpliciter ἀναβάσεις, & מעלה *mahhaleh*, super quo *clamabant voce magna*. Conferunt hæc similitudine significationis verborum, non ita vero secundùm veram analogiam. Quod autem idem Auctor illud, *ossanna in excelsis*, interpretatur quia voce magna pueri modo eo clamarent *n*, non congruit communi expositioni, nec recipi debere vel hac de caussa puto. Nam etiam veniret cuipiam in mentẽ, dicere angelos quum ecciniſſe narantur *Glor. in altiſſimis*, aut *in excelsis Deo o*, intelligendum quod valde sublimi voce id fecerint. Sed ad rem nostram reduendo, post septẽ recitatas opiniones Hebræorum, vel Hebraizantium, alia illorum eorundem, non tam opinio, quam fabula est, de ascensionibus abyssi, ut in textu Chaldæo Nebiensis exprimitur, & à R. Kimhi refetur; nisi cum Genebrardo explicetur de abysso exilii, inferni, mortis.

n Matt. 11. 9. 20

Asia opinio sive fabula de ascensionibus abyssi.

o Luc. 2. 14.

Quæ jam haberi potest nova, & non sententia, satis recepta à Græcis fere omnibus ennarratoribus, & à Suida *p*, & ab Elia Cretense *q*, & à Latinis maxime recentioribus, quod & Arnobius præ se fert de veritoribus, ac meminit Hilarius, concedens templi gradus quindecim, nec non ab aliquibus Hebræis, ut nempe David prævideat hic, præcinatque calamitatem captivitatis Babylonicæ, atque liberationem ex illa, & lætum inde reditum, qui ascendendo fieri debeat, quia civitas Jerosolymitana, & Palæstina tota montuosa est, & ardua. Juvat istos, quod in Esdra *r* legitur, *In primo die mensis primi cepit* (Esdras) *ascendere de Babylone*: Hebraicè, & Græcè *fundavit ascensionem*, יסד המעלה *jesud hammahhbaleh*, ἤρξατο τὴν ἀνάβασιν.

Nona sententia recepta. p *verbo.* ἀναβασμός:

q *in Nat. ji. 28. n. 19.*

Decimo, multis aliis placet designari gradus tẽpli quindecim, in quorum quolibet unus ex his totidem psalmis eo ordine, quem tenent in Psalterio decantarentur à Levitis: ita ut in loco atrii, in quo fœminę considerabant, essent septem gradus, inde ad atrium, in quo Sacerdotes ascendebant, essent octo. Augustinus *f*, quidem istos quindecim quos graduales appellamus, ait toto esse, quoniam tot fuerunt etiam templi gradus, & in ipso numero attendit, sicut & hoc loco Cassiodorus, Beda, Haimo, alii concordant duum Testamentorum; quoniam in illo observabatur Sabbatum, quod significat *quietem*, in isto Dominicus dies, qui significat *resurrectionem*, septem porro, & octo, quindecim sunt. Hugo S. Victoris *s* per gradus altaris nostri volens denotari Apostolos, & Martyres, quos appellat *ascensum purpureum u*, scribit, quindecim quoque virtutes exprimi quæ per totidem gradus, quibus ascendebatur in Salamonis templum, significentur, & à Prophetа in ejusdẽ numeri psalmis continuè demonstrentur, quas *vir beatus ascensiones in corde suo disposuit x*. & hanc videri posse scalam Jacob y. Lyranus eadem de templi gradibus quindecim; & singulorum in singulis per Sacerdotes decantationem, sequitur sententiam; afferens esse doctorũ Hebræorum, & Latinorum. Sed arbitrantur non omnes psal. hos ab eodem Auctore factos, nec ad hoc, ut decantarentur modo prædicto, sed quod aliquis, ut aliqui de Sacerdotibus, vel cantoribus devotis eos voluerunt sic decantari solemnibus diebus, ascendendo gradus templi; sicut B. Greg. disposuit psal. Dav. in Officio Ecclesiastico. Sed quod eidem tribuit Joannes Neovilleus *z*; non reperio, partim diebus festis, partim aliis cantatos in templi gradibus, & in certis Ecclesiasticis actionibus, quibus agendum erat cum his, qui domos dedicabant, vel peregre ituri erant, &c. Trevetus quem antea retuli, consentit in templi gradibus: at fibi certum negat, utrum singuli in singulis decantarentur, ascendendo, vel descendendo. an pro libito unus de istis, vel plures. Pineda *a* noster existimat, à Salamone cantica ista esse composita, & in templi fui gradibus cantari jussa, quum jam ante in via ad templum decantatus esset præcedens in ps. 118. à Sacerdotibus, deferentibus arcã. & in istis contineri gratiarũ actionem pro liberatione de captivitate Ægyptiaca simulque lætitiam magnam: & partim concini ſpem futuri templi: qua se solebatur populus adhuc captivus, ut in ps. 121. *Lætatus sum inhis; quæ dicta sunt mihi in domum Domini ibimus*; partim ſpem cum humilitate de divina custodia erga jam exædificatum templum, ut in 126. *Nisi Dominus ædificaverit domum in vanum laboraverunt, qui ædificant eã*. Villalpandus *b* item noster, tractans de gradibus quindecim templi, quos Ezechiel *c* memorat, in eadem sententia est; nisi quod in via cum 118. ps. cantatum asserit etiam 117. & mavult jam ante Salamonem a Dav. psalmos istos editos adhuc finem, ut suo deinde tempore canerentur in quin-

Decima opinio.

r 1. Esd. 7.

Titulus quindecim psal. communis.

s *in ps.* 89. & *in* 150.

Ratio numeri quindecim psal. gradualiũ.

t *in Speculo Eccl. cap. 1.* u *Cant. 3. 10.*

Hos omnes psalmos eodem Auctore factos, nec ad hoc, ut decantarentur sed quod aliquis, ut aliqui de Sacerdotibus, vel cantoribus devotis eos voluerunt sic decantari solemnibus diebus, ascendendo gradus templi; sicut B. Greg. disposuit psal. Dav. in Officio Ecclesiastico. Sed quod eidem tribuit Joannes Neovilleus *z*; non reperio, partim diebus festis, partim aliis cantatos in templi gradibus, & in certis Ecclesiasticis actionibus, quibus agendum erat cum his, qui domos dedicabant, vel peregre ituri erant, &c. Trevetus quem antea retuli, consentit in templi gradibus: at fibi certum negat, utrum singuli in singulis decantarentur, ascendendo, vel descendendo. an pro libito unus de istis, vel plures. Pineda *a* noster existimat, à Salamone cantica ista esse composita, & in templi fui gradibus cantari jussa, quum jam ante in via ad templum decantatus esset præcedens in ps. 118. à Sacerdotibus, deferentibus arcã. & in istis contineri gratiarũ actionem pro liberatione de captivitate Ægyptiaca simulque lætitiam magnam: & partim concini ſpem futuri templi: qua se solebatur populus adhuc captivus, ut in ps. 121. *Lætatus sum inhis; quæ dicta sunt mihi in domum Domini ibimus*; partim ſpem cum humilitate de divina custodia erga jam exædificatum templum, ut in 126. *Nisi Dominus ædificaverit domum in vanum laboraverunt, qui ædificant eã*. Villalpandus *b* item noster, tractans de gradibus quindecim templi, quos Ezechiel *c* memorat, in eadem sententia est; nisi quod in via cum 118. ps. cantatum asserit etiam 117. & mavult jam ante Salamonem a Dav. psalmos istos editos adhuc finem, ut suo deinde tempore canerentur in quin-

z *in ps. 6. Pen.*

a *ps. 84. 6.* y *Gen. 28.*

b *tom. 2. in Ezech. p. 2.*

c *cap. 40.*